

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7563

Autre(s) référence(s) : Round 815

Auteur(s) : Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Henri Murdac, York (archevêque)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : [1148, novembre]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues, archevêque de Rouen, fait connaître à son collègue d'York la sentence qu'il vient de rendre conjointement avec Arnoul de Lisieux dans le procès pendant entre les abbés de Savigny et de Furness.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Documents relative to the abbey of Furness, extracted from the archives of the abbey of Savigny, The Journal of British Archaeological Association*, 1851, n° IV, p. 422-423.
- b. Guilloureau Léon (Dom), *Le démêlé de Serlon, abbé de Savigny, et Pierre d'York, abbé de Furness, 1147-1150*, Évreux, Imprimerie de l'Eure (extrait de Revue catholique de Normandie, 1916), 1916, n° V, p. 140-141.
- c. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix, « The Acta of Hugh 'of Amiens' », n° 163, p. 522-523.
- e. Müller Harald, *Päpstliche Delegationsgerichtsbarkeit in der Normandie, 12. und frühes 13. Jahrhundert*, Bonn, Bouvier, 1997, 2 vol., t. 2, n° 7, p. 95-97.

Dissertation critique

Datation proposée par H. Müller.

Texte établi d'après e

Reuerendo et uenerabili Patri Henrico, Dei gratia uenerabili archiepiscopo uniuersoque Eborac(ensis) ecclesie capitulo Hugo eadem gratia Rothom(agensis) sacerdos salutem, prosperitatem et pacem. Quod canonice et rationabiliter factum esse dinoscitur, nulla debet occasione conuelli, sed ratum et stabile in posterum debet obseruari. Placuit domino nostro papa EVG. controuersiam quandam inter abbatem Sauign(eiensem) et abbatem Furn(esiensem) exortam nobis et uenerabili fratri nostro Ar. Lexou(iensi) episcopo committere et, ut uices eius in causa illa obtineremus, uoluit precipere. Ipsius itaque precepto dies eis prefixa est. Abbas uero Sauign(eiensis) cum munimentis suis ad diem uenire non distulit, sed Petrus Furn(esiensis) nec uenit, neque qui pro eo ageret transmisit. Nos autem nich(il) prepropere agere uolentes abbatem Sau(igneiensis) aliquantis diebus expectare fecimus. Tandem uero moram Petro faciente, consideratione personarum que aderant, abbas Sau(igneiensis) causam suam et rei ordinem in medium exposuit dicens abbatiam Furn(esiensem) a prima fundatione sumptibus et expensis Sau(igneiensis) monasterii edificatam fuisse et multo tempore eam in pace possedissee. Inde uero

ordinis sui sex abbates protulit testes qui ita esse dixerunt et coram sancto euangelio in uerbo ueritatis hoc idem comprobauerunt.

Hoc autem peracto adjudicata est abbati Sau(igneiensi) possessio sua ipsumque iudicio ecclesiastico de abbacia et pertinentiis eius uice domini pape inuestiuimus. Post aliquot dies superuenit prefatus Petrus Furn(esiensis) causam illam iam, sicut prediximus, terminatam retractari exostulans. Ipso itaque ad hoc laborante superuenerunt littere a domino pape directae precipientes prefato Petro iudicium quod factum fuerat obseruare ipsumque ad obedientiam Sau(igneiensi) ecclesie redire uel excommunicationi subiacerere. Hac itaque Petrus [seuer]itate correptus obaeditiam quam Sau(igneiensi) aecclesiae debebat recognouit et ad ipsam tanquam obediens filius redire [non dist]ulit. Nos autem rei ordinem et ueritatem ideo uobis intimare uoluimus ut, cognita ueritate eam teneatis et, si quid uobis contrarium super hoc fuerit intimatum, respuere cognoscatis et abbatie Sau(igneiensi) ius suum integre, sicut ei adiudicatum est et a domino papa preceptum, conseruetis et, si quis super hoc contra eam consurgere temptauerit, iusticiam ecclesiasticam inde ei facere non dedignemini.